



Per Paul Rubens pinxit

Leone Galle sculpsit

A MITELADAMI et JANSONIO-WAESBERGII & HENR. WETSTENIIUM
ci. l. cci. lxxxii



ALEXANDER MEDICEVS rhinocerotem pro Symbolo habuit: qui paulò humilior elephanto, & tergo buxei coloris quasi thorace perpetuo munitus, cornuque osseo prægrandi ante nares armatus, obuiò hosti transfodere ventrem solet; nisi ab eo priùs, circumiectæ ad collum proboscidis nexu, & quasi laqueo, stranguletur. Est verò exitus pugnæ, aut victoria, aut mors decora: quia numquam, superstitè aduersario, de pugnâ redit; sed aut vincit, aut cadit. Ideò ALEXANDER MEDICEVS ei adscripsit Hispanicè: NON REDEO, NISI VICERIM. etiam ipse aciem ingrediens, aut profligaturus hostem, aut in prælio mansurus.

FERDI-